



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicacionem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Tribunal Conscientiæ Per Varias
Examini Industrias seipsam dijudicantis, Tendentibus ad perfectionem,
præsertim Religiosis accommodatum

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066413

1. Ex parte Dei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45441

niam. 7. Emendationem proponam. Emendationis gratiam à Deo, per merita Chriſti, preſtiſſimæque Parentis, Sanctorum, petam.

Ratio Examiniſ ſuper ea, quæ homo ſpiritualis, in ſua ordinaria vita proſequi, & facere debet.

PUNCTUM I. & II. Conſueto more.

PUNCTUM III. Habebit Capita ſequentia.

I. *Ex Parte Dei.*

1. Fidelitas & ſinceritas agendi cum DEO, propter Deum, Divina, divinè, ſimulque aſſecuratio Dei quòd in nullo proſus, etiam occultâ, obliquâ, palliatâ commodi mei quæſitione, ſpiritualis, aut ſenſualis, independentiæ, libertatis, reputationis, delineationis, me quæſiverim, vel quæſiturus unquam ſim. 2. An captivato apud unicum Deum corde meo, cordisque affectibus, omnium creaturarum naſeam, & ſtupidium procuraverim? 3. An agnoverim dominium Dei ſuper me, naturale, ſupernaturale, ordinis præſentis, obedientiale, meum ſpontaneum, emptitium, beneficiarium, eminentiale, atque Deo ſuper me, ex dignitate ejus debitum, ex eaque Domini cognitioni, me humillimè totaliter Deo ſubjecerim ſemper? 4. Reverentiam DEI in agendo cum ipſo, & coram ipſo, profundè reflexam, an tenuerim jugiter? & an devotè, reſ Dei, & cultum, & obſequium, voluntatemque ſpectantes, tractaverim? 5. An, & quàm frequens mea fuerit ad Deum, inter reſ agendas interque converſandum cum proximis converſio, & adhæſio, nec non ad Dei voluntatem reſignata, pura, reflexa, in omnem ſpeciem, circumſtantiamque parata intentio? 6. Quæ mea in pecu-

liaribus

liaribus Dei de me dispositionibus quies, voluntatisque meae contentatio gustus, ratificatio? Illane Davidica? Quoniam Tu fecisti, Illane Christi Domini? ita Pater, quoniam sic placitum est ante Te. 7. Quam libertate cum Deo, cumque aliis propter Deum, usus sim, & utar? memor Divinae erga me liberalitatis; 8. Vigilantia super intimationes Divinae voluntatis, quas praesumitur Deus velle per instinctus, regulas, iussa Superiorum, monita, quae fuerit in me? 9. An arctam viam crucis (potius quam laxam sensus & liberalitatis) & humilitati Verbi Incarnati, semitam prefferim jugiter, dulciter, spontanea, etiam quaesitione, & accersitione? 10. Quam prompte toleraverim omne malum incidens, ex quacunque causa, persona, materia, occasione, circumstantia, propter Deum? 11. Quae mea adorandum aviditas, resolutio, frequentia, constantia? quae omnium Deo, & cum Deo communicatio? quae diffidentia mei, spes in auxilio, & certitudo auxilii Dei?

2. Ex Parte sui-ipsius.

1. An assidue supra naturam vigilaverim, eamque sublimare conatus fuerim? 2. An difficultates in rebus agendis subortas vicerim, ex quocunque tandem capite essent, naturae, personae, rei, circumstantiarum? 3. Inventio occasionis, & usus ejus ad vincendum me, etiam in minimis repugnantibus, pigritiis, nolitionibus, volitionis, an fuerint? 4. Abiectam mei opinionem an habuerim? quaesierim? dissimulante auxerim? an me viliter compellaverim? 5. An odio habuerim meum sensum, famam, libertatem, talenta? 6. An me in omnibus neglexerim, & ob-

& ob-
furan
8. Qu
id ter
punc
perer
genti
assue
meis
ad ali
Deus
plere
com
mult
An r
toler
quan
temp
& an
colle
gula
tural
meir
15. A
audi
Ego,
16. A
gesse
dicia
gent
missa
liber
in ac
Exp